



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

355. Feria 6. Dominica 2. Adventûs. De dilectione conformi dilectione
Verbi in carne viventis ac morientis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

636 *Feria 5. Domin. 2. Advent.*

eius voluntatem in omnibus ad obtemperandum agnoscam. 3. Charitate, quâ ipsum ut amantissimum Patrem diligam. 4. Amore erga proximos & inimicos propter eum, ut sinu cordis mei excipiam universos. 5. Tranquillitate, ut animum in omnibus eventibus pacatum habeam. 3. Conformabo me ardentissimis desiderijs Humanitati Christi: In humilitate, quâ me despiciam, in obedientia, quâ me in omnibus propter eum omnibus submittam, Patientiâ, qua omnia adversa sustineam, Misericordia, qua omnium necessitatibus compatiar, zelo, quo Domini mei honorem desiderem. 4. Rogabo Dominum, ut à me omnia impedimenta removeat, interna imperfectionum, externa inutilium occupationum, quæ me à perfectione & unione cum ipso retardare possunt.

MEDITATIO CCCLV.

Feria 6. Domin. 2. Adventus.

*De dilectione conformi dilectione Verbi
in carne viventis ac morientis.*

Aspiciam Dominum omnes diligentem, & omnium salutem cupientem, & expectantem à me, ut, quæ ille diligit, amem, & quæ odio habet, oderim. Petam eum assequi.

*Conf. 1. Quanta fuerit D. IESV à primo instanti conceptionis & assumptæ mortalis
vita*

vita dilectio nostri, quantumq; odium eorum,
quæ nostræ salutis obsunt, quia maluit mori
quàm nos pereuntes & sibi inimicos videre.

Conf. 2. Ut hanc dilectionem assequar de-
beo 1. diligere D. Jesum, sicut eum Pater
diligit; & de perfectionibus Humanitatis gra-
tias agere, eumque imitari. 2. Diligere Eccle-
siam Sponsam D. IESU, sicut dilexit eam ipse
& Pater ejus, & velle ejus augmentum, fide-
rum numero & puritate, præsertim autem
tam partem Ecclesiæ diligere, in qua vivo,
statuens ejus profectum spirituales magis
exemplo, quàm alio modo promovere. 3.
Diligere proximos, non eos temerè judican-
do, non in meo corde despiciendo, non illis
obloquendo, nec malum irrogando, eorum
verba & facta benigne interpretando, eos mi-
hi præferendo, laudare cum digni, si indigni
tace, tacendo & eos juvando. 4. Diligere
inimicos meos, pro ijs specialiter orare, beni-
gne eos aspicere, pacatè alloqui, bonis operi-
bus superare. 5. Odio habere, quod Deus o-
dio habet, peccata propria & aliena, immor-
tificationem sensuum & affectuum. Sicut
igitur D. IESUS in carne vixit & mortuus est,
sic peccata mori mihi, vivere ipsi.

MEDITATIO CCCLVI.

Sabbato Domin. 2. Adventus.

*De Renovatione Unionis cum D. IESU
moriante & resurrecturo. Aspi-*